Vespera prima.

Theophilus. Hicne, pater?

Pater. Euge! sub hac malo.

Nicolaus. Optime!

Omnes. (exultantes et plaudentes) Mirifice! optime!

Pater. Sed quid negotii suscipiendum putatis, dum vobis narrabo? Num plane otiosis considere ratum videtur?

Johannes. Utinam esset opportune, quod ageremus!

Mater. Ecce, hic pisa sunt explodenda; ibi faseoli destringendi Turcici. Cui vestrûm placet operam sumere?

Omnes. Mihi, mihi!

Theophilus. Equidem et Julia mea ac tu, mi Friderice, pisa explodamus; vultisne?

Hic hier. ne (anhangsweise) vertritt die Stelle der Fragewörter num, utrum, an (ob). malus der Apfelbaum. mirifice herrlich. negotium das Geschäft. suscipio, ēpi, ptum, ĕre übernehmen. plane ganz. otiosus müssig. ratus, a, um (von reor, ratus sum, 2.) ausgerechnet, bestimmt, fest, ausgemacht, räthlich, beifallswürdig (ratum habēre oder ducĕre für recht und gut halten). videor, isus sum, ēre scheinen. utinam o! daß doch. pisum die Erbse. explodo, si, sum, ĕre aushülsen. faseolus Turcicus die Türkische Bohne. destringo, xi, ctum, ĕre abziehen. animus das Gemüth, Neigung, Lust.